

nere cernophorae, cf. supra N. 4099. Plane similis est titulus eodem loco repertus scriptus paullo ante hunc, imperante Probo vel Caro (Bull. archéol. 1891 p. 529).

**4143** M. d. m. I. et Attinis | (*Cybele sedens in curru a leonibus vecto; ex adverso Attis puer, pinui innixus, maerenti similis*) L. Cornelius Scipio Or[fi]jitus | v. c., augur, taurobolium | sive criobolium fecit, | die IIII kal. Mart. | Tusco et Anullino coss.<sup>1</sup> (*In parte postica pinus; taurus et aries. In latere altero fistulae ac tibiae, in altero faces cum crotalis.*)

Romae olim in ecclesia S. Sebastiani ad viam Appiam, nunc in villa Albania (VI 505 vedit de Rossi; delineavit Zoega bassirilievi tab. XIII. XIV). De imaginibus Matris deum et Attis, et de ornamentis laterum, cf. Zoega l. c. p. 51 seq. — 1) 26 Febr. 295.

**4144** M. d. m. et Attidi | L. Cornelius Scipio | Orfitus v. c., | augur, ex voto | taurobolio sive | criobolio facto.

Romae rep. prope ecclesiam S. Sebastiani ad viam Appiam, nunc in museo Capitolino (VI 506 vedit Henzen). Una reperta est ara Sarapidis infra N. 4396.

**4145** M. d. m. I., | dd. nn. Constantio et Maximiano nobis. Caess. | V conss., XVIII k. Mai<sup>1</sup>, | Iulius Italicus | v. c., XVvir s. f., taurobolium | percepi felic. (*in latere dextro pinus, ex cuius ramis hinc syrinx, illinc pedum pendent; in latere sinistro capita tauri et arietis, tympana duo.*)

Romae rep. in Vaticano, cum basilica S. Petri ampliaretur a. 1608 vel 1609, una cum N. 4147 seq., nunc Parisis (VI 497 vedit Henzen). — In urbis Romae regione Transtiberina Phrygianum (Frigianum scribitur) fuisse, scilicet locum Matri deum Phrygiae (supra N. 4099) dicatum, testatur Notitia urbis Romae; is locus videtur esse hic ipse, ubi hi tituli reperti sunt (cf. Preller Regionen der Stadt Rom p. 59). — 1) 16 Apr. 505.

**4146** potentiss. diis [M. d. m. I. et At]ti Menotyranno<sup>1</sup> . . . . | Serapis h. f., sacr.<sup>2</sup> [deum] | Matris et Proserpinæ, | taurobolium criobol. caerno<sup>3</sup> | perceptum per Fl. Antonijum Eustochium sac. Phryg. | max.<sup>4</sup>, praesentib. et tradentib. | cc. vv.<sup>5</sup> ex ampliss. et sanctiss. | coll. XVvir. s. f., die XIII kal. | Maias Cerealibus<sup>6</sup>, dd. nn. | Constantino max. Aug. V et | Licinio iun. Caes. coss.<sup>7</sup>

Romae sine dubio, sed locus non indicatur (VI 508 servavit unus codex Cyriacus Parmensis). — 1) Μῆνης τύραννος (de quo cf. Waddington ad Lebas 3, 668. Perdrizet bull. de corr. hellén. 1896 p. 56 seq.) aetate labente cum Atti videtur esse confusus; similiter N. 4147 seq. — 2) Honesta femina, sacra (?). — 3) Cf. supra N. 4142 not. 2. — 4) Sacerdos Phryx maximus alibi non reperitur. — 5) Clarissimus viris. — 6) Cerealium dies fuit 19 Apr., testibus hemerologis (cf. CIL. I ed. 2 p. 365). — 7) A. 519.

**4147** Matri deum magnae | Idaee summae parenti, Hermae et Attidi | Menotyranno<sup>1</sup> invicto, | Clodius Hermogenianus | Caesarius v. c., procons. Africæ, | praefec. urbis Romæ<sup>2</sup>, | XVvir s. f., taurobolio | criobolioque perfecto | XIII kal. Aug., diis animae | suaे mentisque custodibus, | aram dicavit, | d. n. Gratiano Aug. ter | et [Fl.] Aequitio conss.<sup>3</sup>